



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

tati ritus derogandum, salva pacta cum Moguntino, salva jura fore, de quo cum specialiter à paciscentibus cautum esset, egit Senatus cum Salvio Regni Sueciae Cancellario, ut praesidium educeret, fidam Urbem suam sponte futuram. * Sic restituta sibi Erfordia, & Catholicae Religionis Clerus, qui hactenus exulaverat, suas possessiones recepit.

MDCXXXV

XXXV
III.

*Proditorio-
pe denuò in-
troducitur.*

Viderunt mox Sueci, quid reliquissent, Urbem ex qua domare viciniam potuerunt; nihil igitur intermissum, quo praesidium denuò introducerent. Inveni ex Senatoribus, † qui Urbem Bannerio, Ductori exercitus Suecici proderent. Veniret Bannerius, Exercitum Urbi admove- ret, se intus ad deditioem Cives dispo- situros. Adest ille, atque tormentis ali- quot majoribus Urbem provocat, statim omnia in armis; qui colluserant, pericu- lum aggravant: incumbere jam inceni- bus potentissimum hostem, sed non ho- stem esse, qui Religionis tutandae, qui li- bertatis Germanicae gratiam venerit, ami- cum fore, si amicè habeatur, si verò im- pari renitentiam irriteretur, jura victoris ex- erciturum. Cum his terriculamentis à multitudine vota colliguntur. Recipitur Bannerius, & cum eo praesidium. At † Clerus, jura Sedis, & ministri pactis com- prehensi. Scilicet Gustavus Rex cum pri- mò Urbem intrasset, deditas sibi Mogun- tinas jurisdictiones Praetori & Assessoribus

*Clerus, Offi-
ciales, & ju-
ra Mogun-
tina legibus
deditioem
comprehens-*

fi.

de-

demandavit. Isti muneri Rennemannum
 Jurisconsultum præfecit: ille cum & per-
 petua isthæc fore Imperia speraret, & à
 præsidio haberet potentiam, exactissimè
 jura Sedis exercuit, advertit Civitas se
 Dominum, non Conditionem mutasse,
 nisi in deteriores; nam obloqui, quod
 ergà Moguntinos amor Patriæ dicebatur,
 hic crimen erat: ideòne severa isthæc Im-
 peria denuò stabilirentur, cum Bannerio,
 salva jura Moguntina fore, debili fide pa-
 ctum est. Didicit † vicinia, quam peri-
 culosum sit, munimenta provinciæ ex
 imperitæ plebis arbitrio pendere. Statim
 amicis, hostibusque tributa indicta, om-
 nis Thuringia, Eichsfeldia, Franconia,
 Voigtlandia, Saxonia, Misnia usque ad
 Bohemicos saltus ad stipendia coacta, sic-
 que non sine onere solum ærarii Suecici
 fuit hoc præsidium, sed annuè turmis no-
 viter conductis exercitum auxit. Tot
 Provinciarum census ut certius teneret,
 Urbem firmiter munivit: † Vallum antea
 ad radices Cyriaci montis decurrit, ubi
 porta solidissimâ turri defendebatur, præ-
 alta illa, ut & Cyriaciburgo dominaretur,
 erat hoc necessarium populari regimini,
 ut Urbs arci, non hæc Urbi frenum pone-
 ret. † At Suecis alius finis, utque ex ar-
 ce continere Civitatem possent, turrem
 solo æquant, vallum contrahunt, ac po-
 sitis utrimque humilioribus munimentis
 novam portam, quæ hodiè superest, eri-

R 3

gunt.

*Damna vi-
 cinia ex re-
 cepto præsi-
 dio.*

*Munitur for-
 tum Erfor-
 dia.*

*Turris Brū-
 letensis de-
 jicitur.*

*Numismata
antiquissima
sub dirutis
mœniis inve-
niuntur.*

* MDCXL.

*Conjunctio
trium exer-
cituum.*

*Temerariū
ujusdā sa-
culi.*

gunt. Mœnia in Petrino monte imbecilliora videbantur; igitur vallum ibi, fossas, & alia munimenta ducunt, cum mœniorum pars dirueretur, † antiquissimi nummi argentei in iis inventi sunt. Archiepiscoporum imagines exhibent, quante quatuor, quinque, & sex sæcula vixerunt: erecto ante sæcula muro, nummi veteri more suppositi sunt. (a) Ardebat interim bello Germania, & Bannerius ipsam Bohemiam penetraverat, sed Cæsareano Exercitu pressus Erfordiam repetit. Cæsareani ad Salam castra metantur. * Ille viribus impar intra mœnia se continet, usque dum Galli, Hassi, & Luneburgici laboranti subvenirent. Hi † tres exercitus in extensissima planitie ad Urbem, armajungunt. Pulcherrimum amicis spectaculum, ex vallo citrà periculum tot exercitus videre. Unius sed temerarii hominis ausus terrorem omni præsidio incussit: literarum † studiosus ex Voigtlandiâ natus, Jenâ, ubi literis operam dederat, summo manè pedes Erfurtum petit, novo coëmpto gladio do mum Præfecti Suecici adit, ex famulis Domini præsentiam rogat, habere se, quæ per alium non expediri, sed illi ipsi proponi debeant, cum famuli, ut erat, Dominum vix ante abivisse dicerent, ipseque denuò secederet, obvium habet cohortis Vicepræfectum, qui

(a) Imagines aliquos & alium nummorum vid. sup. ad annum MXX. & M CCLI.

qui Cyriaciburgo præerat, hunc gubernatorem putat, & stricto gladio transfodit; concitato statim cursu cohortis equestris centurionem non procul stantem simili facinore occidit; fit concursus, milites se proditos suspicati ad arma circumspiciunt. Sed non impiger scelestus tertium homicidium perpetrat, usque dum multitudine circumveniretur, ille audacter contra multos se defendit: protraxit certamen, quod vivum capere vellent, ut atrociori mortiservaretur, & conspirationis socii exprimerentur: tandem captus ad Cyriaciburgum deductus est, ibi variis tormentorum generibus motiva facinoris, & auctores, sed frustra petebantur, quod ille mandato Dei constanter adscriberet, qui turpis licentiæ milites de ira sua mone-rijusserit. Homicida in locis delictorum forcipibus candentibus laceratus, postea in quatuor partes sectus, quos cruciatus constanter, ut ne in cantu quidem turbaretur, pertulit.

* Antiquissima Comitum de Gleichen familia in Henrico deficit, ut solet, non sine lite. Moguntinus Comitatum Archiepiscopatus sui feudum, extinctâ familiâ apertum vindicat, eumque Comiti Hatzfeldio Melchiori, Cæsarei Exercitus Duci, & Hermanno fratri confert. Saxonum, ac Schwarzenburgici Comites castrum ipsum cum appertinentibus Moguntinum esse feudum non inficiabantur,

MDCLXIV.
XXXIX
Familia Comitum de Gleichen deficit.